



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 30. Dissidia Papam inter, & Franciæ Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

## §. XXX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1585.*Dissidia Papam inter, & Franciæ  
Regem.*

Aliud insuper dissidium, quod magis celebre erat, Papam inter, & Galliarum Regem oriebatur, cum enim Sixtus V. Jacobum Ragazzonium Bergomensem Episcopum, qui Legatus a Gregorio Papa ad Franciæ Regem missus in hac aula morabatur, revocaret, atque in ejus locum Fabrum Muertum Francipantum Neapolitanum, ac Archiepiscopum Nazarethanum destinaret, hic autem jam antea Sedis Apostolicæ Nuntius ad sedandos civiles motus in Franciam decretus Aulæ Romanæ parum satisfecisset, hinc Rex comperta hujus Archiepiscopi nominatione datis ad Estensem Cardinalem, & Pisanum Marchionem, suum apud Papam Legatum, literis utrique injunxit, ut hunc Nuntium sibi suspectum esse nuntiarent, atque Papam impense rogarent, quatenus alium Legatum decernere vellet: Verum Sixtus Papa cum hisce Regis precibus concedere renueret, Pisanus ad Henricum rem perscripsit, significans, quod Papa hunc Archiepiscopum jamjam discedere jussisset, isque brevi in Gallias venturus esset: cum vero Henricus Rex hunc Nuntium Guisianis pe-

Thuan. l. 82.

Sæcul XVI.  
A.C. 1583.

nitus addictum suspicaretur, ideo  
quantocius misso cursore negotium de-  
dit, ut hic Archipræsul, quamprimum  
Regis voluntatem per hunc curforem  
percepisset, illico subsisteret.

§. XXXI.

*Nuntius Apostolicus e Francia ex-  
cedere a Papa iussus.*

Thu. l. 82.  
Mem. pour  
l'hist. de  
France t. 1.  
p. 194.

Jamiam Nazarethanus Archiepiscopus  
Lugdunum pervenerat, magnifice  
exceptus, cum eidem quidam Cursor  
Regis mandata exponit, ad quæ ipse  
haud parum attonitus, cum vehemen-  
tioris, ac fervidæ indolis esset, hujus  
jussionis indignitati succensuit, respon-  
dens: „nequaquam Pontifex ejusmodi  
„injuriam impune feret: ego autem al-  
„tera die hinc discedere statui:„ mox  
etiam datis ad Sixtum literis de novo  
hoc eventu eundem certiozem fecit.  
Pontifex re comperta antelucano tem-  
pore Pisano Marchioni significari jussit,  
ut intra biduum non modo Romana ur-  
be, sed ex universa etiam ditone ec-  
clesiastica excederet: verum Orator  
regii nominis, gallicique decoris ac-  
cerrimus vindex intrepide respondit,  
quod ejusmodi mandatum sibi insolitum  
videatur, de cetero autem parum an-  
xietur, quod non sciret, quid Pontifi-  
cem ad hoc commoverit, mox vero  
compo-